

Sigismundus Primus Rex Polonia  
Stanislaus et Janusio Ducibus Masovia —

289

Illustris Domini —  
Significavit nobis Stanislaus Kowonacki  
Succamerarius Vismensis, se delatum esse apud  
Illustres Vestras, tanquam hic apud nos existens  
quoniam de Illis coram nobis debisset, et propte-  
:rea accepto sibi esse nonnulla pecora, et ho-  
:mines, per Capitaneum Illarum Vismensis,  
et se non esse satis in rebus et vita sua tu-  
:tum. Nos meminimus ipsum Kowonacki  
apud nos fuisse, causam repetendi cuiusdam  
debiti sui, quod sibi teneri a Josepho Cive  
Bloensi, assererebat, sed praeter id nihil egisse,  
nec ullam mentionem Vestrae Illustri fecisse.  
Quare postulamus ab Illis, ut ei ablata  
restitui mandent, et securitatem illi dent,  
res suas apud Illas agendi, et se purgandi,  
nam haec Delatio facta est immerito, et cum  
sua Injuria. Faciendae Vestrae Illustri, res  
se dignant, et nobis gratam. Quae bene  
valeant —

DD



